



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hvmanae Salvts Monvmenta

Arias Montano, Benito

Antverpiae, [1571?]

In tabulam Iudicij. Ode Dicolos Distrophos LXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68924](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68924)

ODE DICOLOS DISTROPHOS LXXI.

CONSILIIIS stabilita Dei firmataq₃ instis,
 Dies paratur adferenda seculo,
 Exoptata piis, satis ac non credita pravis,
 Minace sepe dicta voce vatibus:
 Quam neque terribiles valeant superare tyranni,
 Cauere turba nec superba diuitum;
 Quamq₃ animi laudent mites, despectaq₃ mundo
 Sibiq₃ iuris vsque corda conscia:
 Expositura dies sortes mercedibus aequas,
 Modumq₃ rebus additura gentium.
 Hinc epula semper dulces, & gaudia certa
 Piis feruntur expetenda premia.
 Illinc eternis subeunda incendia flammis,
 Nouusq₃ semper additus malis dolor.
 Hic laeta superum voces, laudesq₃ perennes,
 Choro beata concinente carmina.
 Ast illic turpes gemitus, luctusq₃ frequenteis
 Sonat furente mixta turba Demone.
 Hi fines rerumq₃ vices, aut premia diuina
 Manent salutis, aut perennis exiti,
 Vel quos fas, pietasq₃ inuat, vel perfidus error
 Vtrosque rege indicante celitum.
 Vtram igitur placeat, nostrum est, contendere metam,
 Capax petatur, arcta seu magis via.

H V M A-

HVMANAR. RER. NECESSARIVS EXITVS.

*Qui timet hoc solium, felix: felicior illo est
Qui Christum regem non metuit, sed amat.*



CHRISTO REGI BENIGNISS. VLTORIQ. IVSTISS.
K 2 IVDI-